Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26078
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et congregabit uos ds israel. Lxx. Recedite recedite egredi
mini inde. et immundu nolite tangere. exite de me
dio eius, separamini qui portatis uasa dni. quia non cum tumultu
exibitis neq; cum fuga ibitis. sed precedet uos dns et congre
gabit uos ds israel. Hoc iudei disserere sic conantur: Exite de
babylone. et idola eorum derelinquite. Exite de medio illius. et
uasa quae nabuchodonosor capta de iersalem tulerat. cyro lar
gente ea in templum reuocat. Zorobabel et esdra referre in templum.
nec sic prius de egypto cum tumultu et timore fugistis. ita
egredimini de babylone. sed cum pace et uoluntate regis persa
rum atq; medorum inquit dni uoluntas apparuit quae preuerit et con
gregauit uos. Alii autem quae diximus de babylone de romano
regno interpretant. quod in aduentu xpi eos liberaturus sit
haec omnia compleant. Nos autem audientes supra. quam pulchri
super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem. et reuela
bit dns brachium suum in conspectu omnium gentium et uidebit
omnes fines terre salutare dei nri. nequaquam hoc de iudeis
sed de apostolorum omniumq; sanctorum intellegimus chorus. quibus precepit ut
recedant ab iersalem et in toto mundo euangelium predicent. dicen
tes dno saluatore. Ite et docete omnes gentes. baptizantes eos
in nomine patris et filii et spiritus sancti. ut nequaquam cum iudeis pla
phemantibus maneant in quorum nece romanus pater exer
citus. sed pollutos relinquant. et separent abeis atq; mundent
qui portant uasa dni. Templum enim dni sunt, et magnae domus
uasa aurea et argentea. qualis fuit apostolus paulus quasi de
hominis dicit. Preparauerat enim se in uas preciosum et aptum in mini
sterium dei. ut certe hoc dicendum quod uasa dni armatura spi
ritalis sit. deus et apostolus loquebatur. Induite uos armatura dei. et p
singula enumerat. loricam iustitiae. et clipeum fidei. et galeam
salutis. et gladium spiritus. quod interpretatur uerbum dei. Ad haec addit